Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8478
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

AD Corinth. 15

sed quod animale est. deinde quod spirale est. primus ho
de de terra terrenus. secundus homo de celo celestis. Qualis
terrenus tales et terreni. et qualis celestis tales et celes
tes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni porte
mus et imaginem celestis. Hoc autem dico fratres quia caro
et sanguis regnum dei non possidebit neque corruptio incor
ruptelam possidebit. Ecce misterium uobis dico. Omnes quidem
resurgemus sed non omnes immutabimur in momento
in ictu oculi in nouissima tuba. Canet enim tuba et mor
tui resurgent incorrupti et nos immutabimur. Oportet
enim corruptibile hoc induere incorruptionem et mor
tale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale
hoc induerit immortalitatem tunc fiet sermo qui scri
ptus est. Absorbta est mors in victoria. Vbi est mors
victoria tua. Vbi est mors stimulus tuus. Stimulus
autem mortis peccatum est. virtus uero peccati lex. Deo autem gratias
qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum ihesum xpm. Itaq
fratres mei dilecti stabiles estote et immobiles habun
dantes in opere domini semper scientes quia labor uester non est
inanis in domino.

XVI

De collecta sanctorum. Sicut autem
ordinauit ecclesiis galatie ita et uos facite. per unam sabba
ti unusquisque uestrum apud se reponat recondens quod
ei bene placuerit ut non cum uenero tunc collecte fiant.
Cum autem processero quos probauerit per epistolas hos mit
tam perferre gratiam uestram in hierusalem. Quod si dignum fuerit
ut ego eam meum ibunt uenio autem ad uos cum macedo
niam peruersero. Nam macedoniam peruersibo apud
uos autem forsitan manebo uel etiam hiemabo ut uos
me deducatis quocumque iero. Nolo enim in transitu ui
dere modo. Spero enim me aliquantum apud uos manere. apud
uos si dominus permiserit. Manebo autem ephesi usque
ad pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum et
euidens et aduersarii multi. Si autem uenerit timo
theus videte ut sine timore sit apud uos. Opus enim
domini operatur sicut et ego. Neque ergo illum spernat. Deduci
te autem illum in pace ut ueniat ad me. expecto enim illum
cum fratribus. De apollo autem frate significo uobis quia multum
rogauimus eum ut ueniret ad uos cum fratribus et utique non
fuit uoluntas eius ut nunc ueniret. Veniet autem cum ei
tempus fuerit. Vigilate et state in fide. uiriliter agite
et confortamini et omnia uestra in caritate fiant. Obsecro
autem uos fratres. nostis domum stephane. et fortunati et
achaicorum quia sunt primitie achaie. et in misterium sed
ipsi ordinauerunt seipsos ut et uos subditi sitis eiusmodi
et omni cooperanti et laboranti. Gaudeo autem in presentia
stephane et fortunati et achaici quia id quod uobis deerat
ipsi supleuerunt. Refecerunt enim et meum spiritum et uestrum.
Cognoscite igitur qui eiusmodi sunt. Salutant uos omnes
ecclesie asie. Salutant uos in domino multum aquila et pri
sca cum domestica sua ecclesia apud quos et hospitor.
Salutant uos fratres omnes. Salutate inuicem in osculo
sancto. Salutatio mea manu pauli. Si quis non amat do
minum nostrum ihesum xpm sit anathema maranatha.
Gratia domini nostri ihesu xpi. uobiscum. Caritas mea cum omnibus
uobis in xpo ihesu domino nostro. Amen

AD Corinth. 16

Post autem primam aduentum eplas fecit eos
arguendo peccatum et collaudans eos hortatur ad melio
ra quantum quidem eos sed emendatos ostendens. ita.

Paulus apostolus ihesu xpi per uoluntatem di
et Timotheus frater ecclesie dei que est co
rinthi cum sanctis omnibus qui sunt in uniuersa
achaia gratia uobis et pax a deo patre nostro
et domino ihesu xpo. Benedictus deus et pa
ter domini nostri ihesu xpi. pater misericordiarum et deus to
tius consolationis qui consolatur nos in omni tribulatione
nostra ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pres
sura sunt per exhortationem et ipsi a deo gratia sic habundat
passiones xpi in nobis ita et per xpm habundat con
solatio nostra. Siue autem tribulamur pro uestra exhortatione
et salute. Siue exhortamur pro uestra exhortatione que
operatur tolerantiam earundem passionum quas et nos
patimur et spes nostra firma pro uobis. scientes quia sic
sicut passionum estis sic eritis et consolationis. Non enim uo
lumus ignorare uos fratres de tribulatione nostra que facta
est in asia quia supra modum grauati sumus super uires
ita ut taederet nos etiam uiuere. sed ipsi in uobismetipsis
responsum mortis habuimus ut non simus confidentes in uobis
sed in deo qui suscitat mortuos qui de tanto periculo
eripuit nos et eripit in quem speramus quia et adhuc
eripiet adiuuantibus et uobis in oratione pro uobis ut ex
multorum personis facierum eo que in nobis est donationis
per multos gratias agantur pro uobis. Nam gratia nostra hoc est
testimonium conscientie nostre quod in simplicitate et since
ritate dei et non in sapientia carnali sed in gratia di
conuersati sumus in hoc mundo. habundantius autem ad
uos. non enim alia scribimus quam que legitis et cog
noscitis. Spero autem quia usque in finem agnoscetis sicut et
nouistis nos ex parte quia gloria uestra sumus sicut et uos
nostra in diem domini nostri ihesu xpi. Et hac confidentia uo
lui prius uenire ad uos ut secundam gratiam habeatis et per
uos transire in macedoniam et iterum a macedonia ue
nire ad uos et a uobis deduci in iudeam. Cum igitur hoc
uoluissem numquid leuitate usus sum. Aut quae cogito se
cundum carnem cogito ut sit apud me est et non. Fide
lis autem deus quia sermo meus qui fuit apud uos non est in
illo est et non. sed est in illo est. Dei enim filius dominus ie
sus xpus qui in uobis per nos predicatus est per me et silua
num et timotheum. non fuit in illo est et non. sed est
in illo fuit. Quotquot enim promissiones dei sunt in illo
est. Ideo et per ipsum amen deo ad gloriam nostram. Qui autem
confirmat nos uobiscum in xpo et qui unxit nos deus
et qui signauit nos et dedit pignus spiritus in cordibus
nostris. Ego autem testem deum inuoco in animam meam quia parcens
uobis non ueni ultra corinthum. non quia dominamur
fidei uestre sed adiutores sumus gaudii uestri. nam fide
statis.

II

Statui autem hoc ipsum apud
me ne iterum in tristitia ueniam ad uos. Si
enim ego contristo uos et quis est qui me letifi
cet nisi qui contristatur ex me. Et hoc ipsum scripsi uobis
ut non cum uenero tristitiam super tristitiam habeam de qui